relatiuis unum propter aliud redditur certum & intelligibile,l. 1.ff. de re-
bus dub. Pręſumitur ergo,quòd illud factum tantum valeat,quantum loca
tum fuit,ff.de do.cauſa mortis,l.mortis cauſa,§ Titia. & ideo duplum hu-
ius,tanquam intereſſe communis,vel conuenti, excedi non poteſt. & idem
ſentit Iacob.Butrig.& ſic ex adiuncto aliquid certificatur , & coarctatur, ff.
de uino,tri.& oleo leg.l.fi.§.cui dulcia.Bal. ¶ Item nota,ꝙ quoddam eſt in-
tereſſe rei,quoddam circa rem , quoddam extra rem. Intereſſe rei eſt boni-
tas rei, vt pretium, vt l.vinum.ff.ſi cert.petatur,& l.cum quid. & l.in hac.ff.
de tritic.de act.emp,ratio.§.fi. Intereſſe circa rem eſt , quod rei accedit, vt
hæreditas ſeruo relicta:& iſtud etiam venit tanquam cohærens & connexis
ff.ad leg aquil.proinde,§.item cauſæ corpori cohærentis.ff.de euict.l. vendi
tor hominis. Et bene dico, Circa rem.nam dictio Circa , appoſita ſuper re-
bus,acceſsionem ſignificat,non principalitatem, vt l.Rutilia.ff. de contrah.
emp.& ff.de ſer.ruſt.præd.l.qui duo prædia. Officium enim iſtius dictionis
mercenarium eſt & nobile: & intereſſe iſtud circa rem cognoſcitur hoc mo-
do,quia ſequitur rē,quocunque vadat:& in rem,non in perſonam propoſi-
tum eſt. Item nota,ꝙ intereſſe intra rem,ſeu circa rem, eſt quando ipſa res,
quæ fuit deducta in contractu,æſtimatur, vel fructus eius: intereſſe extra rē
eſt,quando alia res eſt,quæ non fuit in contractu deducta:quod nūquam ve-
nit ex mera natura contractus,quia non fuit de hoc cogitatum,ſed venit in
terdum ex natura alterata ratione doli,culpæ latæ,ff.de act.emp.l.Iulianus.
vel ratione delicti, vt lege Aquilia,quia ſapit pœnalitatem,ff. ad l. Aquil.l.
proinde. Intereſſe extra rem omnino ſeparatur à re cōuenta. & eſt id quod
non accedit rei,ſed peritiæ,ff.ad l.Aqui.3.ff.de admi. tut. l. Titium & Mæ-
uium.§.altero. Hic tamen qñque venit, qñque ſuccedit pretium loco rei,ff.
de rei vend.l.mater.ff.de diſtra.pig.l j.de verb.ſig.l.Labeo. damnum enim
& commodum eius eſſe debet,qui ſuo periculo negotiatur,ff de rei vend.l.
ſi nauis.§.j. Item eſt extrinſecum quod accedit ratione fortunæ , ut ſi fami
lia famæ perit . non enim mora erat ad hoc ordinata : quia mora non ex-
cedit fines eius,quod debetur vt l.ſi ſterilis.§.cū per venditorem. Et hoc di
co de intereſſe damni & lucri.nam lucrum quod eſt in re,venit : vt emi pro
quinque,quod valet octo.l.j.ff.de act emp.ff.de min.l.in cauſæ la 2.§ j.lucrū
extra rē non venit : vt ſi habuiſſem equum, viciſſem hoſtē vidiſſem facta mea
& ſimilia:ſic ff.man.l.idemque.§.idem Labeo. Lucrum circa rem eſt, ut hæ
reditas delata, vt d.l.venditor hominis. Item prodeſſe lucrum,lucrum radi
catum eſt quaſi damnum, vt ff.de bonis quæ liber.l.liberto octuaginta. Lu-
crum Mercaturę ſolitę venit,l.3. in fi.ff. de eo,quod cer. lo. inſolitę non ve-
nit,l.fi.C.de peric.& commo.rei ven.& ff.de neg.ge.l.ſi quis negotia.& ſimi
lia.in lucro. enim attenditur aptitudo & conſuetudo , in damno attenditur
actio, vt not.in l.3.in fin.ff.de eo,quod cer.lo. Item no intereſſe lucri: ꝙ aut
lucrum erat bonum,ſed non ęquum,& non conſideratur, vt l.ſciendum.ff.
ex quibus cau.ma.coniuncta l.j.ff de inſt.& iu.aut bonum & æquum : & tūc
aut fundatur ſuper contractu, vel quaſi,delicto, vel quaſi:& venit:aut nō ha
bet fundamentum,& non venit, vt l.Proculus. ff. de damn. infect. Satis ta-
men eſt pro fundamento ius commune,ff.ne quid in loco publico,l.j.§.me-
rito. ¶ Affectio duplex: quędam ęſtimabilis commodo pecuniario: quędā,
quę nummario pretio ęſtimari non poteſt. Item non eſt conſideranda affe-
ctio qualis eſt , ſed qualis eſſe debet cum moderamine. regulari enim debet
affectio. Item intereſſe ſingulare, quod limitatur ad duplum,eſt intereſſe ſin
gularis vtilitatis, vel affectionis cauſatę à ſingulari vtilitate . nō nuda cum
cogitatione:& vtilitas iſta bene cadit in ſenſum & in notitiā.Bald. ¶ Oppo
nitur, ꝙ intereſſe veniat vltra duplum,ut l.ratio.§.fin.ff. de act.emp. Solu-
tio. Ibi non loquitur de intereſſe ſingulari,ſed de rei ęſtimatione, vt l.uinū.
ff.ſi certum pet.& ff.de uerb. oblig.l. quoties in diem. Secundo opponitur,
ꝙ ueniat ultra,ff.de actio emp.l. Iulianus. Solutio. Ibi fuit dolus in contra-
hendo.ſecundum Placent.uel in tradendo,ſecundum gloſſ.uel ibi loquitur
no ad idem.ff.ad l.Aqui.l.proin-
. Solut. Ibi loquitur in maleficiis
[illegible] intereſſe commune , non du-
plum:

plum: vt not. Dyn. inſti. de act. §. omnes. Oppono ad idem de l. venditor hominis. ff. de euict: Solu. Ibi eſt intereſſe commune, & acceſſorium rei, quod rem ſequitur: & poteſt peti totum: quia intereſſe commune eſt paruum intereſſe hincinde, ſed ſingulare intereſſe eſt reſpectu petentis, & pœna reſpectu conuenti: ideoque arctatur, ut d. l. 1. ne quis eum. & l. pe. oppono ad idẽ. ff. de in litem iuran. l. videamus, §. iurare. Sol. Hic intereſſe veritatis, ibi affectionis: in quo caſu dico, quòd poterit eſſe minus duplo, non plus, per hanc legem, ſecundum Iacob. de Are. Opponitur, quod non debeat duplicari intereſſe commune, ſed conuentum. ff. de act. empt. l. Titius. Sol. Ibi ſpeciale, ut intereſſe commune non poſſit peti ultra duplum conuentum, ne facto uenditoris emptor minus oneretur, argumen. ff. de rei uend. l. in fundo. Pet. dicit, quod illa l. Titius. idem dicit, quod l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inter. quod eſt falſum: quia lex, Titius, loquitur de communi æſtimatione, & eam taxat: hic autem de ſingulari. Oppono ad idem ff. de euict. l. cū fundus. Sol ibi de culpa ꝯuētionali, hic de legali. nā culpa ꝯuentionalis refert ſe ad ꝑtiū ꝯuētū, nō ad cõe. Op. ꝙ pena ſine ulla moderatione poſſit peti, ut Inſti. de inuti. ſtipula. §. alteri. Solue, ut per Dyn. Inſti. de act. §. omnis. Sed Iaco. dicit, quòd petitur, quantacunque ſit, licet per nomina multiplicantia. Fallit in arrhis, C. de ſpon l. fi. in ſtipulatione euictionis, ut l. ſi dictum hoc ſentit gloſſ. Inſtit. de actio. §. omnis. pro hoc l. Celſus. ff. arbi. tut, ut gloſſ. arguendo de pactis ad legem, ff. de euict. l. ſi ita quis, Et eſt ratio differentiæ: quia per nomina multiplicantia terminus referens arctatur ad terminum, ad quem fit relatio aliqua; ſed in abſoluta promiſſione ceſſat relatiua adiectio: quia non eſt ibi relatio aliqua, arg. ff. de contrahen. emp. l. uenditionis. in ratione ſui. Oppo, quòd intereſſe non ueniat in lucro, ut l. ſi ſterilis. §. cū venditorem, de act. empti. ēt ſi ſit probabile, honeſtum, & certum. Solue, ut ibi per Doct. & in l. 2. ff. de eo, quod cert. Io. per Guliel. ¶ Extra ſcias quòd ad l. Iulianus. Iaco. de Ra. dicit, ꝙ uenditor tenetur per uerbum ad tradendum, & per aduerbium ad factum negatiuum de culpa, quod abſit, etiam leui, quæ uenit ex natura contractus, quæ tacita obligatio per aduerbium, quia in facto. ideo in ſolutum intereſſe petitur, ſecundum Iacob, quod reprobo: quia habet mutuam recompenſationem, ut dixi ſuperius, Vel dic cum Iacob. quòd recompenſatio relatiua reſpicit lucrum, non damnum: ſed obligatio doli reſpicit etiam dolū, ut l. Iulianus. & hæc vera Bald. ¶ Item ſcias, quod Pet. extra opponit de l. liber homo. §. fin. ff. de verb. oblig. ubi petitur totum intereſſe ſingulare, putà pœnæ incurſæ, & uenit etiā ultra duplum. Sol. Ibi datio reputatur factum: nam datio in perſona tua nō eſt datio, quo ad me, ſed factum, ff. de ſol. l. qui res. §. qui Romæ. & ſic non habet certam quantitatem uel naturam, ſecundum Bar. ſed falſum eſt, ꝙ ipſa quantitas, cum ex ſeipſa conſtet, habet certam naturam & menſuram. nam, ut concludendo dixerim, quantitas, pondus, menſura, ſpecies, genus & factum, quod habet mutuam præſtationem de aliquo prædictorum generum, dicitur certa quantitas, quo ad hanc legem. Caſus autem incerti dicuntur, ubi commune intereſſe non cadit, uel non conſtat de eo: uel ubi eſt factum ſine recompenſatione, uel cum pari recompenſatione, ut facio ut facias. Et ideo ad l. liber homo dic, quòd ibi res, quæ debetur, non afferebat intereſſe commune agenti, & ideo non venit totum ſingulare. ibi enim non affert mihi ſolutio alteri fienda intrinſecam utilitatem rei & dominium, licet afferat commodum liberationis. Bald. Prætendere intereſſe, eſt quoddam pati: & ſi eſt paſſio communis, id eſt, communiter conſiderata, eſt intereſſe commune: ſi ſingularis, eſt ſingulare. Et eſt ſimile, quòd ubi non cadit intereſſe intra rem, uenit extra rem, ff. de in lit. iur. l. nummis. & de edend. l. argentarius. §. cum autem. iuncta l. poſtquam. de pactis, niſi ficte, l. 1. C. de donatio. l. locū. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. Et no. quòd omne intereſſe finaliter in quātitate conſiſtit, ff. de re iudic. l. ſi quis ab alio. §. final. & uenit in contractibus innominatis, etiam do ut des, ff. de rerum permutat. l. 1. in fin. & not. Inſtit. de actio. §. actionum. & C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. l. 1. Cum ergo, diffinitur intereſſe, quod eſt damnum, expone, id eſt, quantitas damni: & ſic de lucro verbalis expoſitio eſt. Bal. Et no. quòd aut merum factum debetur ex diſpoſitione legali: & tunc præciſe debetur, ſiue debeatur ex diſpoſitione ꝓhibitoria, ut ff. de noui operis nunclatione, l. ſtipulatio. §. ſiue. uel ex præcepto legis, argum. ff. de pollic. l. de pollicitationibus. Aut debetur ex contractu: & tunc aut facti executio continet publicam utilitatem: & debetur pręciſe, ff. de no. ope. nun. l. ſtipulatio. §. ſiue. in gloſſ. ordinaria: aut prætoris authoritate, & tunc conſidera, utrum prior cogitauerit de facto, an de intereſſe, id eſt, conſiderat naturam ſtipulationis prætoriæ, ff de procurat. l. ſed & hæc, § prætor. & l. non cogendum. in princip. Aut ſolam contrahentium uoluntatem: & tunc aut eſt actum, quod pręciſè debeatur: & pręciſè debetur vt not. ff. de donat. l. hęreditas. aut non eſt actum, quod pręciſè: & tunc aut affertur intereſſe iuſtum vere & interpretatiuè, & ſufficit, ut no. in l. 1. ff. de ac. emp. Aut nō eſt iuſtū, ſaltē interpretatiue, ut q a dño, cui ꝑmiſſa eſt reno, diſplicet: & tunc pręciſę, vt ff. de rei vendic. l. is qui dolo. cum l. ſeq. Aut factum debetur ex vltima voluntate: & tunc aut eius impletio reſpicit pietatem, aut decus publicum: & pręciſè debetur, ut ff. de lega. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi non opem. nam commutatio fieri non poteſt, ff. de vſufr. l. legatum. Si reſpicit priuatum intereſſe, idem, quod in contractibus. Bald. Et not. quòd licet commutetur intereſſe, non fit nouatio: quia venit ex diſpoſitione legali, ex qua nouatio non fit: quia ſtipulatione, non lege nouatio peruenit, l. fin. C. de nouat. & probatur ex coniunctione duarum legum ff. de condictio. furt. l. ſi condicatur. & l. in re furtiua. de verb. ob. l. ſcire debemus. §. fin. Sed in pœna dic, ut per Gulie. in §. ſi pactis. De intereſſe, vtrum poſſit peti iure actionis: certum eſt, quod ſic, de intereſſe conuento: ſed de intereſſe cōmuni & ſingulari dic, quod aut petit ratione morę, aut culpę, aut ratione euictionis. Si ratione morę, aut eſt factum merum, & peti poteſt iure tacitæ cōuentionis ut in d. §. Celſus. aut factū mixtum. & dic, vt in l. 1. de act. emp, aut datio. & tunc aut ex contractu nominato, aut ex innominato. primo caſu pręciſè eſt obligatio ad rem: ſecundo caſu eſt intereſſe in obligatione, Si ratione culpę, dic, ut in l. eleganter. §. final. ff. de dolo: & in actione empti. l. Iulianus. qui eſt in obligatione, Idem, ſi ratione euictio[illegible] his, quę ſe. nam id, quod tacitè agitur attendi debet, vt not. in ſimili eod. titu. l. cum qui certarum. in princip. & ff. quando dies leg. ced. l. Firmio. Bald.

## ADDITIONES NOVAE.

* De fructibus no. in l. fructus. ff. ſol. ma. de multiplici fructu, Bal. in l. ancillę. C. de fur.

An in eodem libello poſſim petere rem & fructus, not. in l. fundi. & l. fundum. de exce. fac. Bal. in l. 1. C. de fruc. & lit. expen. vbi quærit an fructus veniant ſine petitione libellarij.

Caſus in quibus poſſeſſor etiam cum titulo tenetur de fruc. percipien. not. in l. ſed & partus. quod met. cau. & l. ſi fundum. de rei vendic.

De materia fructuum percipiendorum, & quando ſit vtilius petere fundum, & quanti plurimi valuit à tempore moræ quam peteret fundum cum fructibus, & quæ & qualis, & in quibus ſit differentia inter iſta, & quæ differentia ſit quo ad fructus inter actiones bonæ fidei & ſtricti iuris, Bart. in l. ſi filiusfam. §. ſi fundum. de verb. oblig.

Nota quòd in iudicio vniuerſali quis citius & facilius obligatur ad fructus percipiendos, quia ſtatim poſt motam controuerſiam quam in iudicio ſingulari, vbi demum poſt litis conteſta. vt nota. per Iacob. Butr. l. 1. C. de peti. hæred. & ibi ponitur ratio.

In l. cum quis perſuaſit. de dolo. nota ꝙ ſi aliquis turbat vel inquietat colonum meum, vel ipſum ſpoliat, vel inſultat ad domum, & poſſeſſionē meā propter quòd colonus meus non audet ſtare nec laborare. quòd contra talē competit mihi domino actio de dolo ad intereſſe meum, quanto minus recolligam propter cauſam dictam, Inno. in c. dilectus filius. de appel. & hic. in fin. huius legis.

An ille qui eſt miſſus in poſſeſſionem ex aliqua cauſa faciat fructus ſuos; de hoc per Bar. in l is cui. §. quæri poteſt. vt in poſſeſſ. leg. & in authen. de exhib. & introd. re. §. ſi vero. ſed pone ꝙ aliquis creditor petebat debitum à debitore; & quia non ſoluebat ſibi fuit miſſus in poſſeſſionem bonorum: & data fuere ſibi in ſolutum minus ſolenniter. hic creditor multo tempore tenuit dicta bona: poſtea debitor vult ſoluere debitum, & bona ſua repetere, ac etiam fructus per dictum creditorem perceptos. creditor autem dicit quod ſunt bonæ fidei: not. in l. Paulus. de fideiuſſ. per dom. Argentinum. quòd non imputentur fructus. fac. l. fructus. ff. de vſur. In contrarium fac. gloſſ. in l. 1. C. de fide inſtrumen. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. ſuper verſicu. mala fide. Item fa. gloſſ. in l. ſi fundum. C. de rei vend. in quarto caſu fallentiæ. nam & hic poteſt dici emiſſe a fiſco, qui ei in ſolutum dedit, præcipue per ſtatuta Mediolani de datione in ſolutum minus ſollenniter facta, not. per Barr. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de cond. indeb. & ibi etiam per Bal.

An poſſint peti fructus plurium annorum, not. in l. diuortium. ſolu. mat. & de impen. in re. dota, fac. l. fin. fac. ad not. in l. j. C. de vſu. & fruct. leg. Bart. in l. ſequitur. §. fructus. ff. de vſucap.

An poſſint peti fructus vel æſtimatio eorum, Bar. in dic. l. diuortio. §. ob donationem. ſo. ma. & l. cum de his. de his qui. vt ind.

Nota ꝙ illę leges quę dicūt ꝙ fructus ex re quos percepit bonę fidei poſſeſſor tenetur reſtituere debent intelligi niſi per triennium poſſederit. Cyn. in l. ancillę. de fur. Barto. in l. ſequitur. §. fructus. de vſuc. Bar. & Bal. in §. ob donationes.

In l. apud Iulianum. de legat. j. nota ex hac l. quòd illud quod dicitur, quod quis teneatur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, ſcilicet a petitore, not. in l. & ex diuerſo. & l. ſi nauis. de rei vendica. fac. cap. grauis. de reſtitu. ſpol. in fin. Bal. in l. domum. C. de rei vendica. Ang. in l. & ex diuerſo. ff. eo. tit.

Nota ꝙ cum aliquis vult aliquem in fructibus condemnari, debet fructus ipſos liquidare. alias in ſententiam non veniunt. & hoc per l. ſi ſecundo nupſerit mulier l. j. ex quo dicitur, ꝙ licet in ſententia dicatur, Condemnamus Titium ad fundum & fructus, ꝙ niſi ſint liquidati fructus, non tenet ſententia in eis. & ita refert Cyn. & Bald. ibi in l. cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi.

Nota ꝙ ſi ago ad rem, & in libello non peto fructus, vel ſi petij iudex de ipſis nihil dixit, vel ꝓnūciauit, nō poſſum agere ad ipſos fruct⁹. vt c. grauis. de reſti. ſpol. & ita dicit Bal. fore in damnis & intereſſe, per ea quæ not. in l. ſi quis miſſum. §. iudex. de dam. infe. & hæc ſunt vera, quando fructus petuntur vt acceſſorium, ſecus ſi vt principale, ſecundum Inno. ibi, & in ca. ſacro. de ſen. excom.

Si volo petere intereſſe alicuius domus meę deſtructe occaſi. quomodo petere debeam, & quid probare habeam, Bar. in l. cum emptor, §. deducto. de dam. infec.

An in criminalibus veniat intereſſe, gloſſ. quod ſic in l. fideiuſſor. §. fi. qui ſatiſ. cog. glo. contraria in l. ſi quis reum. de cuſto. reor.

Circa petitionem intereſſe vide Barto. in l. ſi mihi vſumfructum. de vſu fruc. leg. & quomodo debeat peti intereſſe. Bartol. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet.

Nota ꝙ intereſſe conuentum quod dicitur ęſtimatio non excedit nec minuitur, nec mutatur, l. ſi inter virum, de iur. dot. C. fallit in l. ſi ita ſtipulatio. de ope. lib.

Nota ꝙ intereſſe dicitur eſſe in obligatione alternatiue. no. gloſſ. in l. hæredi. de donat. an autem intereſſe ſit in obligatione, glo. in l. ſi quis ab alio. ff. de re iudica. tenet ꝙ non. alia glo. in l. ſtipulationes non diuiduntur. tenet cōtrarium, & illa approbatur.

Nota ꝙ vbi lucrum cum alterius iniuria venit, eius ratio haberi non debet, notat gloſſ. in l. ſi quis vxori. §. ſi ſeruus ſurreptus. de fur. de hoc not. in dic. l. ſtipulationes non diuiduntur. & l. j. C. de ſenten. quę pro eo quod intereſt.

Nota ꝙ intereſſe quod eſt in tempore iure actionis attendi non debet. ad hoc l. pater. in fin. de caſtrenſ. pecul. fac. l. quiuis. de verb. ob. [illegible]

minos, ideo poſſunt ſubditi defendere & aſsiſtere defenſioni, & appellare. Inn. in c. auditis. de præſcr.

In l. qui ſolidum. de leg. 2. ſi reus obijcit exceptionem pro parte niſi petitor dicat ſe paratum partem aliam recipere, non eſt in mora ille à quo petitur. vt hic & in l. in fideicommiſſo. de vſur. & eſt ratio, quia ſi petis à me totum, non eſt veriſsimile quod velis recipere à me partem, quia non cogeris recipere niſi ſoluam totum, l. Lucius. §. tutor. ff. de vſur. & ideo debes dicere, tu petitor da mihi partem de qua confiteris, ad hoc vt ſuper toto committatur mora. quod not.

In l. 3. §. in hac. commo. not. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd damnum emendetur à ruſticis, & quod de æſtimatione damni ſtetur ſacramento damnum paſſorum, vſque ad certam quantitatem. nam cum intereſſe veniat hic iure actionis, iudex debet deferre ſacramentum. ſi diceret, iuro me tantum damnum paſſum eſſe ex tali facto, niſi ſe referat ad tempus damni dati. poteſt enim eſſe quod plus intereſt quam tempore damni dati, quod non debet inſpici, vt l. ubi aūt. §. j. de eden. & l. id quod. §. j. de conſt. pec. vide Bar. in l. 3. §. in hac. commo. Item ex hoc §. queritur quādo petitur executio inſtrumenti continentis debitum vini vel bladi vigore ſtatuti, an habeat ratio æſtimationis à tp̄e moræ, ſecundum opi. gl. an non: quia officiū iudicis exequentis ſe ad hoc non extendit, ſi ſuper inſtrumento ſolum petitur executio, & tempore inſtrumenti facti videtur lata ſententia. ergo, &c. ſed ſecundum opinionem quam teneo, quod etiam poſt ſententiam creſcat æſtimatio, tunc habetur ratio huius æſtimationis. & ita ſeruatur, quod indubitanter puto verum, ſecundum iura cano. Bar.

Nota quod fructus non compenſantur cum quantitate, niſi ſint conſumpti Bar. & Bal. in l. diuortio. §. ob donationem. ff. ſolu matri. nam ſicut non poſſunt ſolui pro quantitate, ita nec compenſari. & ſic limitantur illa iura quæ dicunt quod fructus extenuant ſortem: quia debet intelligi ſi ſunt cōſumpti.

In l. fina. ff. de eo quod certo loco. Bartol. quærit an ſorte ſoluta remaneat petitio pœnæ, vt l. ſi pro fure. de condi. fur. Item ſi creditor recipiendo ſortem proteſtetur eſſe ſaluum ius ſuum ſuper intereſſe, an per hanc ꝓteſtationē ius ſuum ſibi reſeruauerit. hæc qō reſidet in hoc, an recipiendo ſortē ꝑdatur petitio intereſſe rōne tacitæ uoluntatis vel tacitæ remiſsionis, an ex alia iuris neceſsitate. Bar. dicit ꝙ ſi quidem recipiens expreſſe liberat ſoluentem à ſorte, proteſtando quod ſibi remaneat ius ſaluum in petendo intereſſe, quod non poſsit ſibi reſeruare: ſed ſi non liberaret, ſed ſimpliciter ſortem reciperet cum illa proteſtatione, tunc proteſtatio prodeſt in hoc quod non videatur liberatus à ſorte, ſed remaneat petitio ſortis ꝓpter intereſſe. hoc prob. in l. 3. §. hoc autem. & §. item Iulianus. eodem titul. poſſumus etiam dicere quod quando liberauit à ſorte ſub proteſtatione quod remaneat petitio intereſſe, quod ſi quidem reus ſoluens conſenſit, poſsit intereſſe peti non vigore officij iudicis vel actionis ſublatę, ſed noua actione præſcriptis verbis, quæ oritur ex quodam contractu innominato iure ſolutionis celebrato. ſed ſi libero hoc pacto quod habeam intereſſe, & ſic cum debitor liberatus ſit ſine cauſa poſsit agere ſine condictione ſine cauſa, vel ut ponat ſe in priſtinam obligationem, vel poſsit petere intereſſe: verum quia iſtud intereſſe erat paruum petetur iſtud intereſſe principaliter omiſſo circuitu, ut l. ſi mulier. de condi. ob cauſam. & l. ſi quis accepto. eo. tit. Bar.

In l. certi condictio, §. quoniam. ſi cert. peta. fac. ad quæſtionem, ſtatuto cauetur, quod non poſsit probari debitum vltra libras 20. per teſtes. pone quod promiſiſti mihi reſarcire omne damnum quod paterer ex tali cauſa; & de hoc apparet inſtrumentum: vnde cum paſſus fuerim damnum vſque ad centum, illa peto, & promiſsionem probo per inſtrumentum, damnum & intereſſe probo per teſtes, an iſta probatio ſufficiat, domin. Iacob. determinat quod ſic. nam ſtatutum dicit quòd non poſsit probari vltra 20. libr. per teſtes nota quòd dicit debitum non de ſumma debiti: debitum autem & creditum dicitur quando fidem ſequor alterius, l. 1. eodem titul. nec dicitur propter ſententiam: iſtud autem quod fidem alterius ſum ſecutus probatum eſt per inſtrumentum, ergo debitum eſt probatum per inſtrumentum. præterea ponamus quod iſta duo conficiant vnum tantum, ſcilicet inſtrumenta & teſtes faciant vnam perfectam probationem quia teſtes non ſufficerent ſine inſtrumento, nec inſtrumentum ſine teſtibus: ſine dubio verum eſt dicere quod iſta probatio non eſt facta per teſtes, ſed eſt facta per teſtes & inſtrumenta, & ſtatutum ſolum reſpicit probationes quæ fiunt per teſtes. pro hoc fac. l. hic poſita. nam licet text. hic dicat ꝙ contrahitur re & verbis gl. exponit verbis, tamē interueniente re. ita in quæſtione noſtra debitum probatur per inſtrumenta & per teſtes ad declarandum debitum, non enim teſtes probant debitum, ſed intereſſe, ex quo declaratur debitū, debitum autem probatur per inſtrumentum. Bartol. Bald. de hoc. in l. 1. de leg. 2.

In l. vinum. ſi certum petat. Bald. dicit quod gloſſ. dicit quod non petitur æſtimatio in libello, tamen iudex condemnat in centum: quia venit officio iudicis. Innocent. dicit quod æſtimatio debet peti in libello, capitul. ſacro. de ſentent. excommunic. gloſſ. in l. ſi quis miſſum. §. fina. de damn. infect. dicit quod intereſſe præteritum ante litis conteſtationem debet peti in libello, ſed poſt litem non debet peti. Alibi dicit gloſſ. quòd forma ſententiæ ſit reſtringenda ad formam petitionis, l. in hac. de triti. & ideo eſt tutius petere in libello, nō tanquam debitum, ſed officio iudicis mercenario. ſed ſecundum gloſſ quæ eſt in rubric. de interrogato. actio. non eſt neceſſarius libel. pro eo quod veniat officio iudicis. ſed illa gloſſ. loquitur quando officium iudicis non reſpicit condemnationem, ſed proceſſum cauſæ. Videamus qualiter debeat formari libellus, quid debeat probari, & qualiter debet formari ſententia. Circa primum aut fuit certus terminus aſsignatus ſolutioni, puta vindemiarum, & ſic concipitur libellus: Coram vobis domino Bartolo iudice, narro ego contra Titium & contra quamlibet perſonam pro eo in iudicio legitime interueniente, dicēs, quòd ego mutuaui ſibi decem corbes frumenti boni & nitidi: quas promiſit mihi reddere in nundinis S. L[illegible]

menti eiuſdem bonitatis; dico inſuper quòd in dictis nundinis corbis frumenti eiuſdem bonitatis communiter valuit quinque: & ita communiter emptum & venditum fuit frumentum tempore dictarum nundinarum: dico etiam quòd frumentum non valuit minus quam valuit tempore dictarum nundinarum, quo debuit fieri ſolutio: dico etiam quod prædictus Titius denegat & recuſat mihi reddere dictum frumentum, & æſtimationem qua pluris fuit dicto tempore: quare peto eum condemnari debere per vos & veſtram ſententiam, ad dandum & reſtituendum mihi decem corbes frumenti æquè boni cum æſtimatione quanti plurimi valuit tempore prædicto, & cum æſtimatione quanti plurimi valuerit ſeu valere contingerit vſque ad ſententiam diffinitiuam ipſumque condemnatum cogi & compelli ad ſoluendum remedijs opportunis, & peto in prædictis procedi contra eum & contra omnem perſonam pro eo legitime interuenientem omni modo, iure, & forma, quibus melius poſſumus, ſaluo iure addendi diminnendi, ſupplendi, interpretandi & corrigendi vſque ad finem cauſæ, & nota quare tot verba pono. nam in primo allego libellum contra eum, & contra quamlibet perſonam pro eo legitime interuenientem: omni modo, iure & forma quibus melius poſsimus, hoc dico: quia ſi reus minor eſt, ut videatur in ius vocatus à perſona legitima, l. 1. §. ſufficit. de adminiſtrat. tutor. & l. prima. de condict. furt. ſed in dubio ipſemet debet curare, vt legitimè compareat, alias contumax reputatur, l. ſi minor. de bon. authorit. iu. poſſ. ſed in maiore hoc addito, vt ſi perſona procuratoris compareat etiam in rem poſsit formari ſententia de electio. capitul. querelam. & l. j. de ſentent. & interlo. omn. iudic. idem tamen ſi hoc non eſſet ſpecificatum in libello, quia in procuratorem transfertur inſtantia etiā vnius articuli ſi fiat ad vnum articulum. ff. de procurato. l. in cauſæ. §. ſi ex cauſa. de curato. conſtat. ff. de euict. l. ſi ideo. §. primo. Secundo deduco in libello tempus ſolutionis: iſtud eſt de ſubſtantia opponere, quia oritur ius ex tempore, ſed in his in quib. non oritur ius ex tempore vt l. 3. de inſtitutio. non oportet adijcere tempus, vt l. ob carmen. §. primo. de teſtibus. niſi in maleficijs, ut l. libellorum. ff. de accuſationibus: quia libellus in criminalibus debet eſſe certior, & magis coarctatus ad hoc ut reo ſit apertus imo ſecundum quoſdam etiam libellus citatorius debet eſſe certus in criminali, & debet factum, locum, & tempus continere, l. 2. de dila. & hoc rationabile ſaltem vbi contumax pro confeſſo habetur ex forma ſtatuti, nam ignorās non videtur conſentire nec fateri, l. ſi. C. plus valer. quod agi. & l. nec ignorans, de dona. & c. 2. de confeſſ. libr. 6. Alij dicunt quod ſufficit quod citatio ſe referat ad libellum oblatum iudici: quod videtur verius, cum citatio poſsit fieri viua voce, & etiam per nuncium, & tamen nuncius neſciret dicere formam libelli ſpecifice, l. quotiens in fin. de dign. libro. 12. & fac. C. de ferijs. l. fina. quia eſt certum quod citatio debet eſſe legitima, aliàs quicquid ſequeretur ex ea non valeret, vt l. neque. de verbo. ſignific. & l. prima. de fer. Item facta à iudice competenti, vt C. ne de ſtatu. defunct. l. ſi pater. & capitu. vt debitus. de appellat. Tertio deduco communem æſtimationem, quia commune intereſſe hic debet conſiderari, ideſt commune partium, vt l. pretia, ad l. Falcid. & l. iij. §. fin. de eo quod certo loco. Item deduco negligentiam quæ præſumitur ex lapſu certi temporis, vt l. magnam, C. de contrah. & commit. ſtip. Item pono illud quanti plurimi, ideſt quantum plus eſt in æſtimatione, ſimul tamen cum frumento. nam in ſola æſtimatione principaliter fundari non poteſt libellus & iudicium. ut l. ſi in iudicio. de re iud. & l. fin. in fin. de condi. indeb. Item ideo dico peto frumentum æquè bonum, ut non dicar petere frumentum quod non reperitur, l. quidam. §. final. de vino, tri. & ole. leg. Item ideo dico peto compelli, ut non ſit neceſſaria in executione noua petitio, ſi per officium, iudicis iam imploratum fiat: quia ſufficit ſemel eſſe petitum, l. iiij. §. hoc autem. de damn. infect. Item ideo peto procedi omni modo &c. vt non videar me adſtrinxiſſe ad certam legem, nam ſi peterem procedi ſecundum formam iuris ſimpliciter, dicunt quidam quod intentaſſem viam ordinariam iuris communis, & non poſſet procedere ordine tradito à ſtatuto, quia ius ſimpliciter prolatum ſignificat ius Romanorum, Inſtitutio. de iur. natur. §. ſed ius quidem ciuile, in fin. Dico quod licet in actore ſit forma petendi, tamen forma procedendi ſuper petitis ſtat in iudice & pertinet ad officium reſidens in iudice, & ſi habet plures vias, poteſt vti qua uia & qua authoritate vult, argument. l. nec quicquam. §. de plano. de offic. proconſul. & leg. Innocent in capitul. cum ex officij. de præſcript. Item dico ſaluo &c. non quia poſsim derogare, l. edita, de edend. ſed non videar me adſtrinxiſſe, capitul. abbate ſane, de re iudica. libr. 6. Ius autem interpretandi compètit vſque ad ſententiam, tamen interpretatio debet fieri ad exponendum, non ad perimēdum, c. cum dilecti. de accu. itē debet eſſe congrua & veriſimilis, no. Dy. in c. cum ſint partium. de reg iur. lib. 6. non tamen confidat obſcure loquens in iſta interpretatione, quia ſi ſuper obſcuro capitulo producit teſtes, nil ſibi prodeſſet poſtea interpretatio, quia culpa actoris non valet dictum obſcurum. extra de proba. capitul. in præſentia.

An ſola poſſeſsio ciuilis vel naturalis ſit ſufficiens ad acquiſitionem fructuum, Bal. in l. certum. C. de rei vendi.

Nota ꝙ ſi petitur fundus cum fructib. perceptis qualiter probetur perceptio, Bal in l. certum. C. de rei ven. alias l. ſi fundum.

Quid contineatur appellatione fructuum, Bald. in l. coheredibus. C. famil. erc. fac. l. fundi Trebatiani. C. de vſufru. leg. & l. defuncta. de vſufru. & l. ſi vrbana. de condi. indeb. & c. general, de elec. lib. 6. & l. frugem. ff. de ver. ſignific.

* An expenſæ factæ ad perpetuam rei vtilitatem compenſentur cum fructibus, Bal. in l. diuortio. §. impendia. ſolu. mat. & ibi gloſ. quod non. Contrarium not. in l. emptor. & in l. in fundo. ff. de rei vendi. dic quod ſi habet cauſam ab agente ſit compenſatio: alias ſecus, etiam no. Bal. in l. inſulam. §. fructus. eo. titu.

An fructus intelligantur deductis expenſis, Bald, in l. fructus. ſol. matri. diſtinguit [illegible] quid ſit fructus, & l. ſi à domino. §. fina. de petitio.

¶Fructus rei legatæ fiunt legatarij à tempore mortis teſtatoris. Bal. in l. legatis.C.de vſur.& fruc.lega.& not.ſ.

Creditor tenetur de fructib.perceptis,& quos percipere potuit,l.2.C.de pign.actio. facit decreſcere. verbi gratia obtuli tibi æquum tempore debito,qui tunc valebat decem,nunc valet 20.Iac. de Aret. dicit ꝙ mora creditoris non facit decreſcere æſtimationem.petrus tenet contra, quia contra ſtius non debet claudicare,ita Alb.in l.vinum.ſi certum pet.fac.l.ſi hominē in fi.ff.man.

An ſi bonæ fidei poſſeſſor perdat boues dum laborat bona , alias non perditurus , recuperabit tanquam ſumptus factos cauſa colendi. Bal.in l. j.de fruct.& lit.expen.

Quod malæ fidei poſſeſſor non tenetur de fructibus qui percipi potuerunt ex re poſſeſſa meliore facta, induſtria & artificio poſſeſſoris. Ang. in l. ſin autem.§.fi.ff.de rei vend.alias l.certum eo.tit.

Differentia eſt inter fructum ciuilem & naturalem,Albric.in l diuortio. ff.ſol.mat.Ange.in l.ſi nauis.ff.de rei vend.

De libello in quo petuntur res cum fructibus perceptis & percipiēdis , debet intelligi vſque ad ſententiam. Angel. in l. Iul.§. idem Iul. ff. de rei vendi.

Differentia eſt an verbum fructus proferatur ab homine in contractu . de quo per Ang.in l.ſi à domino.§.fi.ff.de peti.hære.

Nota quod ſi quis poſſ det rem cum titulo qui ſit nullus , an teneatur de fructibus qui percipi potuerunt,Ange. in l.ſed & repertus.ff.quod me. cauſ.

Nota quod iuramentum in litem , licet locum habeat contra tutorem & hæredem eius , non tamen contra fideiuſſorem tutoris : ratio, quia primi tenentur ex contractu tutelæ , qui eſt bonæ fidei , fideiuſſor tenetur ex ſtipulatione quæ eſt ſtricti iuris , in qua non iuratur in litem gloſſ. eſt not. in l. ſine hærede . in princip . ff. de adminiſtrat. tuto. ex hoc ſequi videtur quod cum ſtatutum Mediolani de damno & intereſſe interpretetur & ſeruetur tantum in contractibus bonæ fidei , quòd ſi ſoluta ſit ſors ex contractu bonæ fidei non poſſit amplius peti intereſſe , quanquam ſit in ſtipulatione deductum : quia ex contractu bonæ fidei peti non poteſt , l . iiij . C . depoſiti , nec ex ſtipulatione quæ eſt ſtricti iuris , vbi non habet locum ſtatutum , nec ob.quod ſtipulatio ſequitur naturam contractus cui apponitur,l.ſi legati.de lega.1. l.ſi ſtipulatus.de vſur.quia illud verum in primordiali natura, puta ſi creſceret per inficiationem : ſecus in ea quæ ſuperuenit ex accidenti per eandem gloſſ. ſequi videtur quòd per dictum ſtatutum non poſſit iurari intereſſe contra fideiuſſorem cum ipſe ſemper obligatur ex verborum obligatione,l.blanditus.C.de fideiuſſ.& l.quinta.§.penulti.de verbo. obliga. quod not.

An intereſſe poſſit ab initio taxari:quia in hoc videntur varij varia dicere,ad concordiam omnium videtur ſic poſſe diſtingui.Aut taxatio intereſſe reſpicit principalem rem promiſſam , aut debitam , aut reſpicit eam acceſſoriè:ſi primum,& poteſt taxari,puta ſi res vendita euincatur,promittit venditor pretium conuentum vel plus,vel minus , vel alio caſu ſimili. ita poteſt intelligi l.fin.ff.de præto.ſtip.ita vult Bal.in l.j.C.de ſum.trini & fid.ca.poſt tres columnas.ver.deinde pone hanc diſtinctionem.& ita vide etiam Raph.de ful.ita etiam glo.in c.dilecta.de fo.comp.in glo mag.ibi,& ideo vtile eſt,cum allegant dic. l.fin. ſi vero reſpicit acceſſoriè rem debitā tunc aut taxatur intereſſe, quia non fit,aut quia non datur,ſi primum,aut taxatur annuatim vel menſtruatim,& non poteſt, ſecundum Barto.in l.ita ſtipulatus.de verbo.oblig.aut taxatur pro vna præſtatione tantum,& poteſt ſecundum Innoc.in capit.ſacro,de ſentent.excom. ſuper verbo ad intereſſe.lo grande.verſi.nota quod æſtimatio ſiue intereſſe.ibi , ſi vero non fecero ꝙ promiſi.fac l.2.in fi.cū l.ſequenti.ff.de ver.obli inſt.de uerb. obli. §.fi. & poteſt dari exemplum vbicunque in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe,l.ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus.de verbo.obli. cum ſimi.Idem putarem vbi factum non eſſet in obligatione, ſed in conditione:puta ſi tale quid non fecero,dabo tantum.Si vero taxatur intereſſe, quia non datur ſors , tunc aut ſors eſt debita ex cauſa mutui veri vel præſumpti,& tunc non poteſt taxari.ita poteſt intelligi Bar in dic.l.j.de ſum. tri.& fi.ca.ſupra alleg.non tam ea ratione quam ipſe dicit,quia futura præuideri non poſſunt , quam quia ſapit vſuram , quæ in ſolo mutuo attenditur , ſecundum Inno.in c.in ciuitate.de vſur.hinc eſt quod non puto poſſe taxari ab initio in contractibus qui frequentiſſime celebrantur in temporibus hodiernis,puta ex cauſa bladi vel vini debiti, vel ſimil.quia cum frequentiſſime iſtæ cauſæ apponantur,& tamen vere eſt mutuum , propter talem frequentiam haberetur præſumptio mutui,argu.l.iuſto.in princ. ff.de vſucap. aut ſors ipſa debetur ex cauſa alia , quam veri mutui vel præſumpti, & tunc puto regulariter poſſe taxari ab initio , ſicut in contractu emptionis,vt in l. curabit. C. de actio. empti.cum ſim.ſicut in dote promiſſa marito,vt in ca.ſalubriter.de vſur.ſicut in ſpecie debita,vt in dic.l. ita ſtipulatus.de ver.obli & l.1.§.item ſi ita.ff.ad l.Falci.& l.2 ff. de penu leg. & l.cum ſine.& l.ſi penum.ff.quan.dies leg.ce. Idem puta ſi ipſa ſpecies nō ſit in diſpoſitione,ſed in conditione,vt in præ.leg.ad hanc materiam vide l. ſi ita ſtipulatio.ff.de ope.lib.

Nota multos caſus in quibus poteſt intereſſe peti, & deberi ſine periculo vſurarum.Bar.& Ang.in l.diuus ff.ad leg.Fal.Bal.in l.fi.in fi. C.de peti. here.& in l.2 D de vſur.rei iudi.& in l.hac edictali.§.his ita.de ſecun.nup. Alber.in rub.de vſur.C.vide c.per veſtras.de don. inter vir. & vxo. vide l.ſi vt certo.§.ſi de inoffic.commodati. vbi commodatur pecunia ad pompam.vide Magiſtrutiam in verſi.pignus.vide Hoſt.in dic.c. ſalubriter. de vſur.vbi enumerat multos caſus.

a ¶De pœna temere litigantium.[a] Rubrica.

ADDITIO.

a Vide, quod dixi ſupra de expenſis : que[illegible] de Summa Azo.Inſtitu.de pen.temp. [illegible] quod Ioann. omiſerat. dixerat enim Azo , quod in genere tradi poterant tres pœnæ, ſcilicet corporalis pecuniaria,& famæ : quod de prima dixerat Azo.omiſerunt iſti clerici & prælati. Sed Innocentius eis maior , id nō curauit,qui de illa poſuit in decretali,qualiter & quando.2. de accuſ.in gl. magna,quæ incipit,dicit Inno.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna temere,ſeu calumniosè litigantis quæ ſit.*
2 *Temerè litiganti ſemper eſt pœna pecuniaria imponenda.*
3 *Temerarius circa propriam ſcripturam , vel numerationem ſibi factam, ſi de mendacio conuincatur,in duplum eſt puniendus.*
4 *Conſuetudo in diuerſis curijs circa penas inſtigendas,eſt varia.*
5 *Calumniosè epiſcopum accuſans qua pena teneatur.*
6 *Quælibet ferè ciuitas ſua ſtatuta circa penarum inflictionem obſeruat.*
7 *Statutum ſemper debet aliquid operari.*

DICTO De expenſis & intereſſe, ad quæ
temerè litigantes teneantur , vtile eſt , vt
de alijs eorum pœnis aliqua annectemus.
1 ¶ † Pœna igitur temerè , ſeu calumnioſè litiganti eſt , quia quandoque fit infamis per ſententiam : quandoque ipſo iure, puta actione furti , vi bonorum raptorum & iniuriarum , de dolo , & ſepulchro violato , & expilatæ hæreditatis , & in actione in factum, contra mulierem calumniosè miſſam in poſſeſſionem cauſa ventris & in actione tutelæ , mandati , depoſiti , & pro ſocio, quæ directè infamant , vt hæc omnia probantur Inſtitutio. de pœna tempo. litig . §. ex quibuſdam. ſexta quæſtione prima. infames & capitul quicunque. C de appellation. à proconſulibus. 22.quæſtion. 5. ſi quis coniunctus. lxxxvij. diſtinction religioſum. & ſupra. de delat. iur . verſicul . vt autem . & melius in Re-
2 pertorio noſtro, in titu.de infamia ¶ † Item temerè litiganti ſemper imponitur pecuniaria pœna : puta ſi filius, vel libertus ſine venia iudicis parentes, vel patronum in ius vocauerit , punitur in quinquaginta aureis,vt Inſtitutio.de pœn tempo.litig. in fin. & ſi ſoluendo non ſit , verberibus caſtigatur , ff. de in ius voc.l.penultim.& fin.2.quæſtion.prima. prohibentur. 12.quæſtio.2.qui manumittuntur.4 quæſtion. tertia. verſicul. item lex Iuli . Item in actione legis Aquiliæ , & in actione legatorum vi retentorum punitur pœna dupli , Inſtitutio eod.§. aduerſus. & 13.quæſtion 2.oblatæ & capitul. clerici. Item negans per mendacium ſe poſſidere,perdit poſſeſſionem,ff.de rei vend.l.penu. Item in noxali , ſi negat ſe poſſidere ſeruum , vel animal , quod
a dedit noxam , per illud , [a] ff.de noxa. ſi ſeruus depoſitus §. ſi ne-
3 gauerit. ¶ † Item temere litigans circa propriam ſcripturam, vel circa numerationem ſibi factam , ſi conuincatur de mendacio per teſtes , vel per inſtrumenta , punitur in duplum . Si autem conuincatur per ſacramentum ſibi delatum , punitur tantum in expenſis , vt in authentic.de trienn.& ſemiſſ.§.ſtudium. Item vocans alium temerè in ius , punitur circa viatica & ſumptus litis,ff.de iudic.eum quem.extra , de pœnis calumniam.C. de fruct & lit.expen.l.prima.& 2.de quo dic,ut ſupra.de expen.
4 ¶ † Breuiter [b] circa pœnas huiuſmodi inferendas te referas
b ad uarias conſuetudines,quæ in diuerſis curijs obſeruantur, 76. diſtinctio.utinam.extra,de eo , qui mit.in poſſ.cauſa rei ſeruan. capit.cum ueniſſent.Quædam tamen perſonæ ſunt,quæ non tenentur ad hanc iuris acerbitatem,C.de epiſcop.aud tam demen
5 tis.de hoc uide ſupra de actio.ſeu petit.§.ſequitur. ¶ † Item qui calumnioſe accuſat epiſcopum,etiam coram iudice competenti,punitur in 30 pondo auri,ut C.de epiſcop. & cleri. ſi qua per
6 calumniam.in princip. ¶ † Sed quæritur, utrum leges maleficia punientes locum habeant hodie , cum ferè quælibet ciuitas ſua ſta-

ADDITIONES.

a Perdit illud. ¶ Poſuit Io.de Deo:ſed dicere debuit cum Azo.perdit arbitrium deditionis noxæ:& ſic dicit lex.Non poterit ergo illud dare pro noxa actori inuito:quod prius poterat.

b Breuiter. ¶ Secundum Io.de Deo,vbi ſupra; quia finita ſunt verba Azonis,quæ ponere voluit auctor.hoc dico propter id ,quod dixi ſupra : & quia dabat etiam Azo caſum legis,cum de indebito quem ponit decretalis vltima de ſolut.ſubdebat etiam Azo , quod iſti ſunt legales tramites contra calumni[illegible] iniquitates, de quib. loquitur prooemium Inſtitutionum [illegible]oc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN